



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 9. Consulit mortis meditationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Aut præit, aut sequitur feretrum, cras forsitan eodem,

Dum minimè sperat, tumultandus, & ipse feretur,

Aut hoc momento, si sit Divina voluntas: Omnes fata manent, datur hinc exceptio nulla,

Quando statuta semel, defluxit clepsidra vitæ,

Cujus nulla quies, nam semper currit arena, Donec eam sistat, cum vult, Deus, Arbitrator orbis.

Serius, aut citius, meram properamus ad unam,

Quæ tamen, æqualis minime post fata, cuique:

Eventum finis, Cœlum infernusque docebunt.

§ 9.

Consulit Mortis meditationem.

Statutum est Hominibus semel mori, & post hoc Judicium. *Hebr. 9. v. 27.*

Mors animo sit fixa tuo, nec corde recedat

Omnibus hæc vivis subeunda est, tempore certo

B 6

a Ad

a *Luca 11. § 16. b Psal. 13. Habr. 9. c Isa 38. d Daniel 4. a 1. Corinth. 16. Eccli. 7.*

a Ad Mortem properas, quoties vestigia figis,
b Iudiciumque Dei, citius tua vita subibit,
 Horarum quævis, quam per momenta, re-
 quiret:

Omnibus exspectat, nos *Mors*, horisque lo-
 cisque,

Omnibus, intento jaculo, minitatur & arcu;

c Omnibus ergo locis, *Mortem* noctuque
 diuque

d Exspecta, vigila, cunctasque paratus in ho-
 ras

Solvere, quod debes, Morti, Mortisque supre-
 mus

Quam poscet Dominus, rationem reddere
 vitæ;

Hæc, bene si mandes animo, peccata cavebis

Plurima quæ faciunt, quibus est oblivio
Mortis.

§. 10.

Demonstrat Dei presentiam ubique.

Oculi Domini, multo plus lucidiores sunt
 super solem, circumspicientes omnes vias
 Hominum, & profundum abyssi, & homi-
 num corda intuentes, in absconditas pat-
 res. *Eccle 23. v. 28.*

O Mni ex parte Deus, cunctorum respicit
 actus,

a 2. Reg. 14. *b* Hebr. 9. *c* Matth. 23. *d*
Luce 11. Matth. 24.